HIERONYMUS
Salzburg, Ende 11. Jh. Seite 30r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26080
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mum. et ultra humanam uocem in senib. diuini sermonis tonitruum
commorari. Porro sunamitis. & in lingua nostra coccinea dr. ut significet calere
sapientiam et diuina lectione feruere. Quod licet dominici sanguinis indi
cet sacramentum tamen et feruorem ostendit sapientie. Vnde et obste
trix illa ingenesi. coccinum ligat in manu phares qui ab eo quod
parietem diuiserat. duos populos antea separantem diuisoris id phares
sortitus est nomen. Et raab meretrix in typo ecclesie. resticulam mysterium
sanguinis continentem. ut iherico pereunte domus eius saluaretur in fenestra
appendit. Vnde etiam in alio loco de iuris sanctis scriptura commemorat;
Hi sunt qui uenerunt de calore domus patris rahab. Et dominus noster in euan
gelio. inquit ignem ueni mittere super terram. et quem uolo ut ardeat. Qui
in discipulorum corde succensus. cogebat eos dicere. Nonne cor nostrum ar
dens erat in nobis. dum loqueretur in uia et aperiret nobis scripturas. Cor
sum hec tam longo repetita principio. ne ame queras pueriles declama
tiones. sententiarum flosculos. uerborum lenocinia et per fines capitulorum
singulorum acuta quedam breuitque conclusa. que plausus et clamores ex
citent audientium. Amplexetur me modo sapientia et abisac nostra que
numquam senescit in meo requiescat sinu inpolluta. uirginitatisque
perpetue. & que in similitudinem marie cum cotidie generet semperque
parturiat. incorrupta est. Hinc reor dixisse et apostolum. spiritum feruentes.
& in euangelio dominum predicasse quod in fine mundi quando iuxta prophetam
zachariam stultus pastor esse ceperit decrescente sapientia. refriges
cat caritas multorum. Audi igitur ut beatus cyprianus ait non diserta sed forcia.
Audi fratrem collegio. patrem senio. qui te ab cunabulis fidei usque ad
perfectam
prouectam etatem ducat. et per singulos gradus uiuendi precepta constituens.
inter ceteros erudiat. Scio quidem ab auunculo tuo beato eliodoro. qui nunc